Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35083
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar

meam ut auferant eam. Confu-
tentur retrorsum et erubescant:
qui volunt mihi mala. Fiant con-
fusionem suam: qui di-
cunt mihi euge euge. Exultent et
letentur super te omnes qui querunt te et
dicant semper magnificetur dominus: qui
diligunt salutare tuum. Ego autem mendicus sum et pauper: dominus solli-
citus est mei. Adiutor meus et pro-
tector meus es tu: domine ne tar-
dauis. Gloria patri. ā. Ut non delec-
tet me in lingua mea. ā. Ego dixi domine.

Beatus qui intelligit super egenum
et pauperem: in die mala liberabit eum dominus. Dominus conser-
uet eum et uiuificet eum et beatum fa-
ciat eum in terra: et non tradat eum in
animam inimicorum eius. Dominus opem
ferat illi super lectum doloris eius: uer-
sum stratum eius uersasti in infir-
mitate eius. Ego dixi domine
miserere mei: sana animam meam qui
peccaui tibi. Inimici mei dixe-
runt mala mihi: quando morietur
et peribit nomen eius. Et si ingredie-
batur ut uideret uanitatem loquebatur
eo: eius congregauit iniquitatem
sibi. Egredebatur foras et loq-
batur in diuisum. Aduersum me
sussurrabant omnes inimici mei: ad
uersum me cogitabant mala mi-
hi. Verbum iniquum constituerunt
aduersum me: numquid qui dormit
non adiciet ut resurgat. Etenim
homo pacis meae in quo speraui: qui
edebant panes meos magnificauit super me supplantationem. Tu
autem domine miserere mei et resuscita
me: et retribuam eis. In hoc cog-
nouit quia uoluisti me: quia non
gaudebit inimicus meus super me.

Me autem propter innocentiam suscepisti: et confirmasti me in conspectu
tuo in aeternum. Benedictus dominus deus israel
a saeculo et in saeculum fiat fiat. dd.

Quemadmodum desiderat cerus
ad fontes aquarum: ita desiderat
anima mea ad te deus. Sitiuit anima
mea ad deum fortem uiuum: quando ue-
niam et apparebo ante faciem dei.
Fuerunt mihi lacrimae meae panes
die ac nocte: dum dicitur mihi quotidie
ubi est deus tuus. Haec recordatus sum
et effudi in me animam meam: quoniam transibo
in locum tabernaculi admirabilis usque
ad domum dei. In uoce exultationis
et confessionis: sonus epulantis.

Quare tristis es anima mea: et
quare conturbas me. Spera in deo
quoniam adhuc confitebor illi: salutare
uultus mei et deus meus. Ad me ipsam
anima mea conturbata est: propter
hoc memor ero tui de terra iordanis: et
hermoniim a monte modico. Abyssus
abyssum inuocat: in uoce cataractarum
tuarum. Omnia excelsa tua et fluctus
tui super me transierunt. In die
mandauit dominus misericordiam suam: et
nocte canticum eius. Apud me
oratio deo uitae meae: dicam deo suscep-
tor meus es. Quare obliuisis es
mei et nunquid contristatus incedo: dum
affligit me inimicus. Dum con-
fringuntur ossa mea exprobrauerunt
mihi: qui tribulant me inimici
mei. Spera in deo quoniam adhuc confi-
tebor illi: salutare uultus mei et
deus meus. Gloria. ā. Ego dixi domine
miserere mei. aū. Eructauit. pnūs dd.

Deus auribus nostris audiuimus.
patres nostri annunciauerunt nobis.

H Omnes dicunt mihi singulos dies
ubi est deus tuus: quare tristis es
anima mea et quare conturbas me